

LIBER VIGESIMUS PRIMUS.

TIT. I.

DE ADILITIO EDICTO, ET REDHIBITIONE, ET QUANTI MINORIS.

1. Ulpianus, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Labeo scribit edictum aedilium curulium de venditionibus rerum esse tam earum quae soli sint, quam [earum] quae mobiles aut se moventes. — § 1. Aiant aediles. Qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quid morbi vitium cuique sit, quis fugitivus, errorem sit, noxae solutus non sit: eademque omnia cum ea mancipia veniunt, palam recte pronunciant. Quod si mancipium adversus ea venisset, sive adversus quod dicitur promissumve fuerit, cum veniret, fuisset: quod ejus praestari oportere dicitur emptori, omnibusque, ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, ut id mancipium reddi debeat. Si quid autem post venditionem traditionemque deterius emptoris opera familiae, procuratorisve ejus factum erit: sive quid ex eo post venditionem natum, adquisitum fuerit: et si quid aliud venditione ei accesserit, sive quid ex ea re fructus pervenerit ad emptorem: ut ea omnia restituat. Item, si quas accessiones ipse praestiterit, ut recipiat. Item si quod mancipium capitalem fraudem admiserit, mortis consciscenda sibi causa quid fecerit, inve arenam depugnandi causa ad bestias intronmissus fuerit: ea omnia in venditione pronunciant. Ex his enim causis iudicium dabimus. Hoc amplius, si quis adversus ea sciens dolo malo vendidisse dicitur, iudicium dabimus. — § 2. Causa hujus edicti proponendi est, ut occurratur fallacis vendentium, et emptoribus succurratur, quicumque decepti a venditoribus fuerint: dummodo sciamus venditorem, etiamsi ignoravit ea, quae aediles praestari jubent, tamen teneri debere: nec est hoc iniquum, potuit enim ea nota habere venditor: neque enim interest emptoris, cur fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate. — § 3. Illud sciendum est, edictum hoc non pertinere ad venditiones fiscales. — § 4. Si tamen res publica aliqua faciat venditionem, edictum hoc locum habebit. — § 5. In pupillaribus quoque venditionibus erit edicto locus. — § 6. Si intelligatur vitium, morbusque mancipii, ut plerumque signis quibusdam solent demonstrare vitia, potest dici, edictum cessare: hoc enim tantum intuentium est, ne emptor decipiatur. — § 7. Sed sciendum est, morbum apud Sabinum sic definitum esse, habitum cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus ad id facit deteriorem, cujus causa natura nobis ejus corporis sanitatem dedit: id autem alias in toto corpore, alias in parte accidere: namque totius corporis morbus est, puta, phthisis, id est, tabes, febris, partis, veluti caecitas, licet homo itaque natus sit: vitiumque a morbo multum differre: ut puta si quis balbus sit: nam hunc vitiosum magis esse, quam morbosum: ego puto aediles tollenda dubitationis gratia bis xxi autem, id est, de eodem idem dixisse, ne qua dubitatio superesset. — § 8. Proinde si quid tale fuerit vitii, sive morbi, quod usum ministeriumque hominis impediatur, id dabit redhibitioni locum: dummodo meminimus, non utique quodlibet quam levissimum efficere, ut morbosus vitiosusve habeatur: proinde levis febricula, aut vetus quartana, quae tamen jam sperni potest, vel vulnusculum modicum, nullum habet in se delictum, quasi pronunciatum non sit: contenti enim [haec] potuerunt. Exempli itaque gratia referamus, qui morbosos vitiososque sunt. — § 9. Apud Vivianum quaeritur, si servus inter fanaticos non semper caput jactaret, et aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur? Et ait Vivianus, nihilominus hunc sanum [esse]: neque enim nos [inquit] minus animi vitii aliquos sanos esse intelligere debere: alioquin [inquit] futurum, ut in infinito hac ratione multos sanos esse negaremus, ut puta levem, superstitiosum, iracundum, contumacem, et si qua similia sunt animi vitia: magis enim de corporis sa-

Tit. I. — 1. Lib. 4, C. 58. — 2. L. 63, infr. h. t. — 3. L. 17, infr. eod. — 4. d. L. 17, § 14. — 5. d. L. 17, § 17. — 6. L. 19, § pen. infr. h. t. — 7. L. 21, infr. eod. — 8. L. 23, in pr.; L. 25, in pr. infr. eod. — 9. d. L. 25, § 1, infr. eod. — 10. d. L. 25, § 3. — 11. L. 24, infr. eod. — 12. L. 25, § 1, infr. eod. — 13. d. L. 25, § 2. — 14. d. L. 25, § 3. — 15. L. 38, § 2, infr. eod. — 16. L. 9, C. de legib. — 17. L. 16, infr. de verb. sign. — 18. L. 14, in fin. infr. h. t.; L. 43, supr. de contral. empti. — 19. L. 101, § 2, infr. de verb. sign. — 20. L. 4, in fin. infr. h. t. —

nitate, quam de animi vitii promitti. Interdum tamen, inquit, vitium corporale usque ad animum pervenire et eum vitare, veluti contingeret phrenitis, id est, mente capto, quia, id ei ex febribus acciderit. Quid ergo est? si quid sit animi vitium tale, ut id a venditore excipi oporteret, neque id venditor, non sciret, pronunciasset: ex empto eum teneri. — § 10. Idem Vivianus ait, quamvis aliquando quis circa sana bacchatus sit, et responsa reddiderit, tamen, si nunc hoc non faciat, nullum vitium esse: neque eo nomine, quod aliquando id fecit, actio est: sicuti si aliquando febrem habuit: ceterum, si nihilominus permaneret in eo vitio, ut circa sana bacchari soleret, et quasi demens responsa daret, etiamsi per luxuriam id factum est, vitium tamen esse; sed vitium animi, non corporis: ideoque redhiberi non posse: quoniam aediles de corporalibus vitii loquuntur: attamen ex empto actionem admittit. — § 11. Idem dicit etiam in his, qui praeter modum timidi, cupidi, avarique sunt, aut iracundi:

2. Paulus, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Vel melancholici:

3. Gaius, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Vel protervi, vel gibberosi, vel curvi, vel pruriginosi, vel scabiosi: item muti et surdi.

4. Ulpianus, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Ob quae vitia negat redhibitionem esse, ex empto dat actionem. — § 1. Sed si vitium corporis usque ad animum penetrat, forte si propter febrem loquantur aliena, vel [qui] per vicos more insanorum deridenda [loquantur], in quo sit animi vitium ex corporis vitio accidit, redhiberi posse. — § 2. Item aleatores et vinarios non contineri edicto, quosdam respondisse, Pomponius ait: quemadmodum nec gulosos, nec impostores, aut mendaces, aut litigiosos. — § 3. Idem Pomponius ait: quamvis non valide sapientem servum venditor praestare debeat, tamen, si ita fatuum vel morionem venderit, ut in eo usus nullus sit, videri vitium: et videtur hoc jure uti, ut vitii morbique appellatio non videatur pertinere, nisi ad corpora: animi autem vitium ita demum praestabit venditor, si promisit: si minus, non; et ideo nominatim de errore et fugitivo excipitur: hoc enim animi vitium est, non corporis. Unde quidam jumenta pavida et calcitrosa morbosus non esse adnumeranda dixerunt: animi enim, non corporis, hoc vitium esse. — § 4. In summa, si quidem animi tantum vitium est, redhiberi non potest, nisi si dictum est, hoc abesse, et non abest: ex empto tamen agi potest, si sciens id vitium animi reticuit: si autem corporis solius vitium est, aut et corporis et animi mixtum vitium, redhibitio locum habebit. — § 5. Illud erit adnotandum, quod de morbo generaliter scriptum est, non de sontoico morbo. Nec mirum hoc videri, Pomponius ait: nihil enim ibi agitur de ea re, cui hic ipse morbus obstat. — § 6. Idem ait: non omnem morbum dare locum redhibitioni, ut puta levis lippitudo, aut levis dentis auriculae dolor, aut mediocre ulcus: non denique febricula, quantulumlibet ad causam hujus edicti pertinere.

5. Paulus, lib. 11, ad Sabinum.

Et quantum interest inter haec vitia, quae Graeci κακοθειαι, vitiositates, dicunt, interque παθεαι, id est, perturbationem, aut ψασον, id est, morbum, aut ἀρρωστια, id est, aegrotationem, tantum inter talia vitia et eum morbum, ex quo quis minus aptus usui sit, differt.

6. Ulpianus, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Pomponius recte ait, non tantum ad perpetuos morbos, verum ad temporarios quoque hoc edictum pertinere. — § 1. Trebatius ait, impetiginosum morbosum non esse, si eo membro, ubi impetigo esset, aequae recte utatur, et mihi videtur vera Trebatii sententia. — § 2. Spadoneum morbosum non esse, neque vitiosum, verius mihi videtur, sed sanum esse: sicuti illum, qui unum testiculum habet, qui etiam generare potest.

7. Paulus, lib. 11, ad Sabinum.

Sin autem quis ita spado est, ut tam necessaria pars corporis ei penitus absit, morbosus est.

8. Ulpianus, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Si cui lingua abscissa sit, an sanus esse videatur, quaeritur? Et extat

21. L. 60, in fin. infr. de re judic. — 22. L. 4, in fin. infr. h. t. — 23. d. L. 4, § 1. — 24. Fide tamen L. 9, infr. eod. — 25. L. 1, § 9, circa fin. supr. eod. — 26. L. ult. in pr. infr. eod. — 27. L. 1, § pen. in fin. supr. eod. — 28. L. ult. § 1, infr. eod.: L. 60, infr. de re judic.; L. 115, infr. de verb. sign. — 29. L. 1, § 5, supr. h. t. — 30. d. § 8, L. 60, in fin. infr. de re judic. — 31. L. 12, § 1, infr. h. t. — 32. L. 38, § 7, in fin. infr. eod.: excip. L. 7, infr. eod.

haec quaestio apud Ofilium, relata [apud eum] in equo: ait enim, hunc videri non esse sanum.

9. Idem, lib. 44 ad Sabinum.

Mutum morbosum esse, Sabinus ait: morbum enim esse, sine voce esse, apparet: sed qui graviter loquitur, morbosus non est: nec qui obscure, id est, obscure: plane, qui acrius, sine ulla significatione vocis, loquitur, hic utique morbosus est.

10. Idem, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Idem Ofilium ait, si homini digitus sit abscissus, membrive quid laceratum, quamvis consanaverit, si tamen ob eam rem eo minus uti possit, non videri sanum [esse]. — § 1. Catonem quoque scribere lego, cui digitus de manu, aut de pede praecisus sit, eum morbosum esse: quod verum est, secundum supra scriptam distinctionem. — § 2. Sed si quis plures digitos habeat, sive in manibus, sive in pedibus, si nihil impeditur numero eorum, non est in causa redhibitionis: propter quod non illud spectandum est, quis numerus sit digitorum, sed an sine impedimento vel pluribus, vel paucioribus uti possit. — § 3. De myope quaesitum est, an sanus esset? Et puto, eum redhiberi posse. — § 4. Sed et vixtaloπα, id est, lusciosum, morbosum esse constat, id est, ubi homo neque matutino tempore videt, neque vespertino: quod genus morbi Graeci vocant vixtaloπα. Luscitionem [eam esse] quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil videt. — § 5. Quaesitum est, an halbus et blaeus et atypus, isque, qui tardius loquitur, et varus, et vatius, sanus sit? Et opinor, eos sanos esse.

11. Paulus, lib. 11, ad Sabinum.

Cui dens abest, non est morbosus: magna enim pars hominum aliquo dente caret, neque ideo morbi sunt: praesertim cum sine dentibus nascimur, nec ideo minus sani sumus, donec dentes habeamus; alioquin nullus senex sanus esset.

12. Ulpianus, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Qui clavum habet, morbosus est: sed et polyposus. — § 1. Eum, qui alterum oculum, aut alteram maxillam majorem habet, si recte iis utatur, sanum videri, Pedius scribit: ait enim, inaequalitatem maxillarum, oculorum, brachiorum, si nihil ex ministerio praestando subtrahit, extra redhibitionem esse. Sed et latus vel crus brevis potest adferre impedimentum: ergo et hic erit redhibendus. — § 2. Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat, sanus videtur. — § 3. Item sciendum est, scævam non esse morbosum vel vitiosum, praeterquam si imbecillitate dextra validius sinistra utitur: sed hunc non scævam, sed mancum esse. — § 4. Is, cui os oleat, an sanus sit, quaesitum est? Trebatius ait, non esse morbosum, os alicui odere [veluti hircosum, strabonem], hoc enim alicui ex illuvie oris accidere solet: si tamen ex corporis vitio id accidit, veluti quod jecur, quod pulmo, aut aliud quid similiter dolet, morbosus est.

13. Gaius, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Item clodus morbosus est.

14. Ulpianus, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Quaeritur de ea muliere, quae semper mortuos parit, an morbosa sit? Et ait Sabinus, si vulvae vitio hoc contingit, morbosam esse. — § 1. Si mulier praegnans venierit, inter omnes convenit, sanam eam esse: maximum enim, ac praecipuum munus feminarum esse, accipere, ac tuere: conceptum. — § 2. Puerperam quoque sanam esse, si modo nihil extrinsecus accidit, quod corpus ejus in aliquam valetudinem immittat. — § 3. De sterili Caelius distinguere Trebatium dicit: ut, si natura sterilis sit, sana sit: si vitio corporis, contra. — § 4. Item de eo, qui urinam facit, quaeritur? et Pedius ait, non ob eam rem sanum non esse, quod in lecto, somno, vinoque pressus, aut etiam pigritia surgendi urinam faciat: sin autem vitio vesicae collectum humorem continere non potest, non quia urinam in lecto facit, sed quia vitiosam vesicam habet, redhiberi posse: et verius est. — § 5. Quod Pedius idem ait, si uva alicujus praecisa sit, tollere magis, quam praestare redhibitionem, quod morbus minuit: ego puto, si morbus desinit, non esse redhibitioni locum: sin autem vitium perseveret, redhibitionem locum habere. — § 6. Si quis digitis conjunctis nascatur, non videtur sanus esse: sed ita demum, si incommodatur ad usum manus. — § 7. Mulierem ita artam, ut mulier fieri non possit, sanam non videri constat. — § 8. Si quis acrius, id est, tonsillas, habeat, an redhiberi, quasi vitiosus, possit, quaeritur? Et si

33. L. 3, supr. eod. — 34. § 1, infr. h. t. — 35. d. § 1, § 2, infr. h. t.; L. 12, § 3; L. 24, § 6, infr. eod. — 36. L. 14, in fin. supr. de statu homin. — 37. Adde L. 58, infr. de verb. sign. — 38. L. 2, § 4, supr. si quis cautioib. — 39. L. 2, C. de iudic. viduitate. — 40. L. 31, supr. de pact. — 41. L. 20, in fin.; L. 21, supr. de minor.; L. 15, § 5, infr. ad leg. Jul. de adult.; L. 2,

acrius, id est, tonsillae, [haec] sunt, quas existimo, id est, inveteratas: et qui jam discuti non possint, faucium tumores: qui acrius, id est, tonsillas habet, vitiosus est. — § 9. Si venditor nominatim exceperit de aliquo morbo, et de cetero sanum esse dixerit, aut promiserit, standum est eo quod convenit: remittentibus enim actiones suas non regressus dandus: nisi sciens venditor morbum, consulto reticuit: tunc enim dandam esse de dolo malo replicationem. — § 10. Si nominatim morbus exceptus non sit, talis tamen morbus sit, qui omnibus potuit apparere, ut puta caecus homo veniebat, aut qui cicatricem evidentem, et periculosam habebat vel in capite, vel in alia parte corporis, ejus nomine non teneri, Caecilius ait: [perinde] ac si nominatim morbus exceptus fuisset: ad eos enim morbos vitiaque pertinere edictum aedilium probandum est, quae quis ignoravit vel ignorare potuit.

15. Paulus, lib. 11, ad Sabinum.

Quae bis in mense purgatur, sana non est: item quae non purgatur, nisi per aetatem accidit.

16. Pomponius, lib. 23, ad Sabinum.

Quod ita sanatum est, ut in pristinum statum restitueretur, perinde habendum est, quasi nunquam morbosum esset.

17. Ulpianus, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Quis sit fugitivus, definit Ofilium: fugitivus est, qui extra domini domum fuge causa, quo se a domino celaret, mansit. — § 1. Caelius autem fugitivum esse ait eum, qui ea mente discedat, ne ad dominum redeat: tametsi, mutato consilio, ad eum revertatur: nemo enim tali peccato [inquit] poenitentia sua nocens esse desinit. — § 2. Cassius quoque scribit, fugitivum esse, qui certo proposito dominum relinquat. — § 3. Item apud Vivianum relatum est, fugitivum fere ab affectu animi intelligendum esse, non utique a fuga: nam eum, qui hostem, aut latronem, incendium, ruinaeve fugeret, quamvis fugisse verum est, non tamen fugitivum esse. Item, ne eum quidem, qui a praepotore, cui in disciplinam traditus erat, aufugit, esse fugitivum: si forte ideo fugit, quia immoderate eo utebatur. Idemque probat et si ab eo fugerit, cui erat commodatus, si propter eandem causam fugerit. Idem probat Vivianus, et si saevius cum eo agebat: haec ita, si eos fugisset, et ad dominum venisset: ceterum si ad dominum non venisset, sine ulla dubitatione fugitivum videri ait. — § 4. Idem ait interrogatus Proculus de eo, qui domi latuisset, in hoc scilicet, ut fugae nactus occasionem se subtraheret: ait, tametsi fugere non posset videri qui domi mansisset, tamen eum fugitivum fuisse: sin autem in hoc tantum latuisset, quoad iracundia domini efferveresceret, fugitivum non esse, sicuti ne eum quidem, qui cum dominum animadverteret verberibus se adficere velle, praeripisset se ad amicum, quem ad praecandum perduceret. Ne eum quidem fugitivum esse, qui in hoc progressus est, ut se praecipitaret. Ceterum etiam eum quis fugitivum diceret, qui domi in altum locum ad praecipitandum se ascendisset, magisque hunc mortem sibi consciscere voluisse: illud enim, quod plerumque ab imprudentibus [inquit] dici solet, eum esse fugitivum, qui nocte aliqua sine voluntate domini emansisset, non esse verum, sed ab affectu animi cujusque aestimandum. — § 5. Idem Vivianus ait, si a magistro puer recessit, et rursus ad matrem pervenit, cum quaereretur, num fugitivus esset, si celandi causa [quo], ne ad dominum revertetur, fugisset, fugitivum esse: sin vero, ut per matrem faciliorem deprecationem haberet delicti alicujus, non esse fugitivum. — § 6. Caelius quoque scribit, si servum emeris, qui se in Tiberim dejecit, si morienti duntaxat consilio suscepto, a domino discessisset, non esse fugitivum: sed si fugae prius consilium habuit, deinde mutata voluntate, in Tiberim se dejecit, manere fugitivum. Eadem probat et de eo qui de ponte se praecipitavit. Haec omnia vera sunt, quae Caelius scribit. — § 7. Idem ait, si servus tuus fugiens, vicarium suum secum abduxit, si vicarius invitatus, ad imprudens secutus est, neque occasionem ad te redeundi nactus praetermisit: non videri fugitivum fuisse. Sed si aut olim, cum fugeret, intellexit quid ageretur, aut postea cognovit quid acti esset, et redire ad te cum posset, noluit: contra esse. Idem putat dicendum de eo, quem plagarius abduxit. — § 8. Idem Caelius ait: si servus, cum in fundo esset, exisset de villa ea mente, ut profugeret; et quis eum, prius quam ex fundo tuo exisset, comprehendisset: fugitivum videri: animum enim fugitivum facere. — § 9. Idem ait: nec eum, qui ad fugam gradum unguis, alterumve promovit, vel etiam currere cepit, si dominum sequentem non potest evadere, non esse fugitivum. — § 10. Idem recte ait, libertatis cujusdam speciem esse, fugisse: hoc est, potestate dominica in praesenti liberatum

infr. ad Sc. Turpilli. L. 4, C. de pact. — 41. Adde L. 48, § 1, supr. de contral. empti. — 42. L. 1, § 6, supr. h. t. — 43. Adde § 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 9, 10, 11, 12, 15, infr. h. t. — 44. L. 66, infr. de furt. — 45. L. 48, § 1, infr. h. t.

esse.— § 11. Pignori datus servus debitorem quidem dominum⁴⁶ habet: sed si, posteaquam jus suum exercuit creditor, ei se subtrahit, potest fugitivus videri.— § 12. Apud Labeonem et Caelium quaeritur, si quis in asylum confugerit, aut eo se conferat, quo solent venire, qui se venales postulant, an fugitivus sit? Ego puto, non esse eum fugitivum, qui id facit, quod publice facere licere arbitratur. Ne eum quidem, qui ad statum Caesaris confugit, fugitivum arbitror: non enim fugiendi animo hoc facit. Idem puto et in eum, qui in asylum, vel quod aliud confugit: quia non fugiendi animo hoc [facit]: si tamen ante fugit, et postea se contulit, non ideo magis fugitivus esse desinit.— § 13. Item Caelius scribit, placere, [eum] quoque fugitivum esse, qui eo se conferat, unde eum dominus recuperare non possit: multoque magis illam fugitivum esse, qui eo se conferat, unde abduci non possit.— § 14. *Erronem* [ita] definit Labeo, pusillum fugitivum esse: et ex diverso, *fugitivum*, in magnum errorem esse: sed proprie *erronem* sic definimus, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, et temporibus in res nugatorias consumpsit, serius domum redit.— § 15. Apud Caelium scriptum est, Libertis apud patronum habitantis sic, ut sub una clave tota ejus habitatio esset, servus ea mente, ne rediret ad eum, extra⁴⁷ habitationem [liberti] fuit; sed intra aedes patroni [et] tota nocte oblituit, videri esse fugitivum Caelius ait: plane si talem custodiam ea habitatio non habuit, et in ea cella libertus habitavit, cui commune et promiscuum plurium cellarum iter est, contra placere debere, Caelius ait, et Labeo probat.— § 16. Idem Caelius ait, servum in provinciam missum a domino, cum eum mortuum esse, et testamento se liberum relictum audisset, et in eodem officio permansisset, tantumque pro libero se gerere cepisset: hunc non esse fugitivum: nec neim mentiendo se liberum (inquit) fugitivus esse cepit: quia sine fuge consilio id fecit.— § 17. Quod aiunt aediles⁴⁸, *noxæ solutus non sit*, sic intelligendum est, ut non hoc debeat pronunciari, *nullam eum noxam commisisse*, sed illud, *noxæ solutum esse*: hoc est⁴⁹, noxali iudicio subiectum non esse: ergo, si noxam commisit, nec permanet, noxa solutus videtur.— § 18. *Noxas* accipere debemus privatas, hoc est, eas, quae committuntur ex delictis, non publicis criminibus: ex⁵⁰ quibus agitur iudicis noxalibus: denique specialiter cavetur infra de capitalibus fraudibus: ex privatis autem noxiis oritur damnum pecuniarium, si quis forte noxæ dedere noluerit: sed litis aestimationem⁵¹ sufferre.— § 19. Si quis talis sit servus, qui omnino manumitti non possit ex constitutionibus⁵², vel si sub poena⁵³ vinculorum distractus sit a domino, vel ab aliqua potestate damnatus, vel si exportandus: æquissimum erit etiam hoc praedici.— § 20. Si quis adfirmaverit, aliquid adesse servo, nec adsit; vel abesse et adsit: utputa si dixerit, *furem non esse*, et fur sit; si dixerit, *artificem esse*, et non sit: hi enim, quia quod adseveraverunt non præstant, adversus⁵⁴ dictum promissumve facere videntur.

18. GAIVS, lib. 4, ad Edictum ædilium curulium.

Si quid venditor de mancipio affirmaverit, idque non ita esse emptor quaeratur: aut redhibitorio, aut aestimatorio, id est, quanto⁵⁵ minoris, iudicio agere potest: verbi gratia, si *constantem*, aut *laboriosum*, aut *curracem*, *vigilacem* esse, aut *ex frugalitate sua peculium adquirentem* affirmaverit: et is ex diverso levis, protervus, desidiosus, somniculosus, piger, tardus, comesor inveniatur: hæc omnia videntur eo pertinere, ne id, quod affirmaverit venditor, amare ab eo exigatur, sed cum⁵⁶ quodam temperamento: ut si forte *constantem esse* affirmaverit, non exacta gravitas et constantia, quasi a philosopho desideretur; et si *laboriosum et vigilacem* affirmaverit esse, non continuus labor per dies noctesque ab eo exigatur: sed hæc omnia ex bono et æquo modice desiderentur. Idem et in cæteris, quæ venditor affirmaverit, intelligimus.— § 1. Venditor, qui *optimum cocum esse* dixerit, optimum⁵⁷ in eo artificio præstare debet: qui vero simpliciter *cocum esse* dixerit, satisfacere videtur, etiam si mediocrem cocum præstet. Idem et in cæteris⁵⁸ generibus artificiorum.— § 2. *Æque*, si quis simpliciter dixerit *peculiatum esse servum*, sufficit, si is vel minimum habeat peculium.

19. ULPIANVS, lib. 4, ad Edictum ædilium curulium.

Sciendum tamen est, quædam etsi dixerit, præstare eum non debere: scilicet ea, quæ ad nudam laudem⁵⁹ servi pertinent: veluti si dixerit, *frugi, probum, dicto audientem*: ut enim Pedius scribit, multum interest, commendandi servi causa quid dixerit, an vero præstaturum se promiserit quod dixit.— § 1. Plane, si dixerit, *aleatorem non esse*⁶⁰,

46. L. 9, C. de pignorat. act.— 47. In pr. supr. h. l.— 48. L. 1, § 1, supr. h. t.— 49. L. 174, infr. de verb. sign.— 50. L. 11, in fin. infr. de criet. l. 200, infr. de verb. sign.— 51. L. 2, C. de noxal. action.— 52. L. 48, § 2, infr. de hered. instit.— 53. *Fac.* l. 10, C. de pan.— 54. L. 1, § 1, supr. h. t.— 55. L. 28, § 1, infr. de except. rei judic.— 56. *Adde* L. 4, § 3, supr. h. t.— 57. L. 19, § 4, infr. h. t.— 58. L. 75, § 1, in fin. infr. de verb. oblig.— 59. L. 18, § 2, supr. eod.— 60. L. 18, in pr.— 61. L. 1, § 1, supr. eod.— 62. L. 48, § 2, supr. eod.— 63. L. 1, § 1, supr. eod.— 64. L. 48, § 2, supr. eod.— 65. L. 6, infr. de except. l. 11, in pr. infr. de die vera. temporal. preser.— 66.

furem non esse, ad statum nunquam confugisse, oportet eum id præstare.— § 2. *Dictum a promisso* sic discernitur: *dictum* accipimus, quod verbo tenus pronunciatum est, nudoque sermone finitur: *promissum* autem potest referri et ad nudam promissionem, sive pollicitationem, vel ad sponsum: secundum quod incipit is, qui ex huiusmodi causa stipulanti spondit, et ex stipulata posse conveniri et redhibitoriis actionibus. Non novum: nam et qui ex empto potest conveniri, idem etiam redhibitoriis actionibus conveniri potest.— § 3. Ea autem sola dicta sive promissa admittenda sunt, quæcunque sic dicuntur, ut præstentur, non ut jactentur.— § 4. Illud sciendum est: si quis *artificem*⁶¹ promiserit vel dixerit, non utique perfectum eum præstare debet: sed ad aliquem modum peritum, ut neque consummata scientiæ accipias, neque rursus indoctum [esse] in artificium⁶²: sufficit igitur, talem esse quales vulgo artifices dicuntur.— § 5. Deinde aiunt aediles⁶³, *emptori, omnibusque ad quos ea res pervenit iudicium dabimus*: pollicentur emptori actionem, et successoribus ejus qui in universum jus succedunt⁶⁴. *Emptorem* accipere debemus eum, qui pretio emit: sed si quis permutaverit, dicendum est, utrumque⁶⁵ emptoris et venditoris loco haberi, et utrumque posse ex hoc edicto experiri.— § 6. Tempus autem redhibitionis sex⁶⁶ menses utiles habet: si autem mancipium non redhibeatur, sed quanto minoris agitur, annus⁶⁷ utilis est: sed tempus redhibitionis ex die venditionis currit: aut, si dictum promissumve quid est, ex eo, ex quo dictum promissumve quid est.

20. GAIVS, lib. 4, ad Edictum ædilium curulium.

Si vero ante venditionis tempus dictum intercesserit, deinde⁶⁸ post aliquot dies interposita fuerit stipulatio, Caelius Sabinus scribit, ex prioris causa, quæ statim (inquit) ut venit id mancipium, eo nomine posse agere cepit.

21. ULPIANVS, lib. 4, ad Edictum ædilium curulium.

*Redhibere*⁶⁹ est, facere ut rursus habeat venditor quod habuerit: et, quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio est appellata, quasi reddito.— § 1. Cum redditur ab emptore mancipium venditori⁷⁰, *de dolo malo* promitti oportere ei, Pomponius ait: et ideo cautiones necessarias esse: ne forte aut pignori datus sit servus ab emptore, aut jussu ejus furtum sive damnum cui datum sit.— § 2. Idem Pomponius ait, interdum etiam dupliciter⁷¹ cautiones interponi debere: alias in præteritum, alias in futurum: utputa si ejus servi nomine qui redhibetur, emptor, procuratorve ejus iudicium accepit; vel quod cum eo ageretur, vel quod ipse ejus nomine ageret. Cavendum autem esse ait, si quid sine dolo malo emptor condemnatus [fuerit, aut] dederit, his rebus recte præstari⁷²: vel si quid ex eo quod egerit, ad eum pervenerit, dolove malo vel culpa ejus factum sit, quo minus perveniret, iisdem diebus⁷³ reddi.— § 5. Idem ait, futuri temporis nomine cautionem ei qui sciens vendidit, fieri solere, *si in fuga est homo sine culpa emptoris*, et nihilominus condemnatur venditor: tum enim cavere oportere, ut emptor hominem persequatur, et in sua potestate redactum venditori reddat.

22. GAIVS, lib. 4, ad Edictum ædilium curulium.

Et neque per se, neque per heredem suum futurum, quominus eum hominem venditor habeat.

23. ULPIANVS, lib. 4, ad Edictum ædilium curulium.

Cum autem redhibitio fit, si deterius⁷⁴ mancipium sive animo sive corpore ab emptore factum est, præstabit emptor venditori: utputa si stupratum sit, aut sævitia emptoris fugitivum esse cepit: et ideo, inquit Pomponius, ut ex quacunque causa deterius factum sit, id arbitrio iudicis aestimetur et venditori præstetur: quod si sine iudice homo redhibitus sit, reliqua autem, quæ diximus, nolit emptor reddere, sufficiat venditori ex vendito actio.— § 1. *Jubent aediles restitui et quod venditioni accessit, et si quas accessiones⁷⁵ ipse præstiterit*: ut utroque resoluta emptione, nihil amplius consequatur, quam [non] haberet, si⁷⁶ venditio facta non esset.— § 2. Excipitur etiam ille, qui capitalem⁷⁷ fraudem admisit. *Capitalem fraudem admittere* est, tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit: veteres enim *fraudem*⁷⁸ pro poena ponere solebant. Capitalem fraudem admisisse accipimus, dolo malo et per nequitiam: cæterum si quis errore, si quis casu fecerit, cessabit edictum: unde Pomponius ait, neque impuberem⁷⁹, neque furiosum capitalem fraudem videri admisisse.— § 3. Excipitur et ille,

L. 1, in pr. supr. de reb. permitt.— 66. L. 55, infr. h. t.— 67. L. 38, in pr. infr. eod. l. 3, in fin. C. de iust. det.— 68. L. 134, § 2, infr. de verb. oblig.— 69. L. 9, supr. de alienat. judic. mat. caus. l. 10, in fin. supr. quib. mod. pign.— 70. *Adde* L. 15, supr. de pignorat. act.— 71. *Adde* L. 50, in pr. infr. h. t.— 72. L. 71, in fin. infr. de verb. sign.— 73. L. 1, § 1, in fin. pr.— 74. L. 1, § 1, supr. h. t.— 75. d. L. 1, § 1, C. de furt.— 76. L. 75, infr. de verb. sign.— 77. L. 1, § 1, in fin. supr. h. t.— 78. *Vide* tamen L. 131, in pr. infr. de verb. sign.— 79. *Vide* tamen L. 14, infr. de SC. Silan.; L. 7, C. de pan.

qui mortis⁸⁰ consciscendæ causa quid fecerit. Malus servus creditus est, qui aliquid facit, quo magis se rebus humanis extrahat: utputa laqueum torsit, sive medicamentum pro veneno bibit, præcipitemve se ex alto miserit, aliudve quid fecerit, quo facto speravit mortem perventuram: tanquam nonnihil in alium ausurus, qui hoc⁸¹ adversus se ausus est.— § 4. Si servus sit, qui vendidit⁸², vel filiusfamilias, in dominum, vel patrem de peculio ædilitia actio competit: quamvis enim pœnales videantur actiones, tamen quoniam ex contractu veniunt, dicendum est, eorum quoque nomine, qui in aliena potestate sunt, competere: proinde et si filiafamilias vel ancilla distrahit, æque dicendum est actiones ædilitias locum habere.— § 5. Hæc actiones, quæ ex hoc edicto oriuntur, etiam adversus⁸³ heredes omnes competunt.— § 6. Etsi bona fide⁸⁴ uobis servient liberi forte homines vel servi alieni, qui venderunt, potest dici, etiam hos hoc edicto contineri.— § 7. Julianus ait, iudicium redhibitoriæ actionis utrumque⁸⁵, id est, venditorem et emptorem, quodammodo in integrum restitueret debere.— § 8. Quare sive emptori servus furtum fecerit, sive alii cuilibet, ob quod furtum emptor aliquid præstiterit, non aliter hominem venditori restituere jubetur, quam⁸⁶ si indennem eum præstiterit. Quid ergo, (inquit Julianus) si noluerit venditor hominem recipere? non esse cogendum ait quicquam præstare: nec amplius⁸⁷, quam pretio condemnabitur: et hoc detrimentum sua culpa emptorem passurum, qui, cum posset hominem noxæ dedere, maluerit litis aestimationem sufferre: et videtur mihi Juliani sententia humanior esse.— § 9. Cum redhibetur mancipium, si quid ad emptorem pervenit; vel culpa ejus non pervenit, restitui oportet: non solum si ipse fructus percepit, mercedeve a servo vel conductore servi accepit, sed etiam si a venditore fuerit idcirco consecutus, quod tardius ei hominem restituit: sed et si a quovis alio possessore fructus accepit emptor, restituere eos debet. Sed et si quid fructuum nomine consecutus est, id præstat. Item si legatum, vel hereditas servo obvenit. Neque refert, potuerit hæc consequi venditor, an non potuerit, si servum non vendidisset. Ponamus enim, talem esse, qui capere aliquid ex testamento non potuerat: nihil hæc res nocet. Pedius quidem etiam illud non putat esse spectandum, cujus⁸⁸ contemplatione testator servum heredem scripserit vel ei legaverit: quia, etsi venditio remansisset, nihil hæc res emptori proderat: et per contrarium (inquit) si contemplatione venditoris institutus proponeretur, tamen diceremus, restituere emptorem non debere venditori, si nollet eum redhibere.

24. GAIVS, lib. 4, ad Edictum ædilium curulium.

Et generaliter dicendum est, quidquid⁸⁹ extra rem emptoris per eum servum acquisitum est, id iustum videri reddi oportere.

25. ULPIANVS, lib. 4, ad Edictum ædilium curulium.

Aediles etiam hoc præstare emptorem volunt, *si i: aliquo⁹⁰ deterior factus sit servus*: sed ita demum, si post venditionem, traditioemque factus sit: cæterum [si ante fuit], non pertinet ad hoc iudicium, quod ante factum est.— § 1. Sive ergo ipse deteriorem eum fecit, sive familia⁹¹ ejus, sive procurator, tenebit actio.— § 2. *Familie*⁹² appellatione omnes, qui in servitio sunt, continentur: etiam liberi homines, qui ei bona fide serviunt, vel alieni: accipit eos⁹³ quoque, qui in potestate ejus sunt.— § 3. *Procuratoris*⁹⁴ fit mentio in hac actione: sed Neratius procuratoris hic [eum] accipiendum ait, non quemlibet, sed cui universa⁹⁵ negotia, aut idipsum, propter quod deterius factum sit, mandatum est.— § 4. Pedius ait, æquum fuisse, id duntaxat imputari emptori ex facto procuratoris et familie, quod non fuit passurus servus, nisi [ei] venisset: quod autem passurus erit, etiam si non venisset, in eo concedi emptori servi sui noxæ deditionem: et ex eo (inquit) quod procurator commisit, solum actionum præstandarum necessitatem ei injungi.— § 5. Quid ergo, *si culpa*, non etiam dolo emptoris servus deterior factus sit? *Æque* condemnabitur.— § 6. Hoc autem, quod *deterior factus est servus*, non solum ad corpus, sed etiam ad animi vitia referendum est: utputa si imitatione conservorum apud emptorem talis factus est; aleator forte, vel vinarius vel erro evasit.— § 7. Sed notandum est, quod non permittitur emptori, ex huiusmodi causis noxæ dedere servum suum: nec enim factum servorum suorum, itemque procuratoris præstat.— § 8. Item sciendum est, hæc omnia, quæ exprimuntur edicto ædilium, præstare eum debere, *si ante iudicium acceptum facta*

80. L. 1, § 1, in fin. supr. h. t.; *adde* L. 9, § 7, supr. de pecul.— 81. L. ult. § 6, in fin. infr. de bonis cor. qui ante sentent.— 82. L. 57, § 1, infr. h. t.— 83. L. 48, § 3, infr. eod.— 84. *Adde* L. 1, in fin.; L. 2, supr. de pecul.— 85. L. 60, infr. h. t.— 86. L. 29, in fin. infr. eod.— 87. L. 70, § 2, infr. de legat. 1; L. 36, in fin. infr. ad SC. Trebell.— 87. L. 51, in pr. infr. h. t.— 88. L. 13, § 18, supr. de act. empt.— 89. L. 1, § 1, supr. h. t.— 90. L. 1, § 1, § 2, § 3, § 4, § 5, § 6, § 7, § 8, § 9, § 10, § 11, § 12, § 13, § 14, § 15, § 16, § 17, § 18, § 19, § 20, § 21, § 22, § 23, § 24, § 25, § 26, § 27, § 28, § 29, § 30, § 31, § 32, § 33, § 34, § 35, § 36, § 37, § 38, § 39, § 40, § 41, § 42, § 43, § 44, § 45, § 46, § 47, § 48, § 49, § 50, § 51, § 52, § 53, § 54, § 55, § 56, § 57, § 58, § 59, § 60, § 61, § 62, § 63, § 64, § 65, § 66, § 67, § 68, § 69, § 70, § 71, § 72, § 73, § 74, § 75, § 76, § 77, § 78, § 79, § 80, § 81, § 82, § 83, § 84, § 85, § 86, § 87, § 88, § 89, § 90, § 91, § 92, § 93, § 94, § 95, § 96, § 97, § 98, § 99, § 100, § 101, § 102, § 103, § 104, § 105, § 106, § 107, § 108, § 109, § 110, § 111, § 112, § 113, § 114, § 115, § 116, § 117, § 118, § 119, § 120, § 121, § 122, § 123, § 124, § 125, § 126, § 127, § 128, § 129, § 130, § 131, § 132, § 133, § 134, § 135, § 136, § 137, § 138, § 139, § 140, § 141, § 142, § 143, § 144, § 145, § 146, § 147, § 148, § 149, § 150, § 151, § 152, § 153, § 154, § 155, § 156, § 157, § 158, § 159, § 160, § 161, § 162, § 163, § 164, § 165, § 166, § 167, § 168, § 169, § 170, § 171, § 172, § 173, § 174, § 175, § 176, § 177, § 178, § 179, § 180, § 181, § 182, § 183, § 184, § 185, § 186, § 187, § 188, § 189, § 190, § 191, § 192, § 193, § 194, § 195, § 196, § 197, § 198, § 199, § 200, § 201, § 202, § 203, § 204, § 205, § 206, § 207, § 208, § 209, § 210, § 211, § 212, § 213, § 214, § 215, § 216, § 217, § 218, § 219, § 220, § 221, § 222, § 223, § 224, § 225, § 226, § 227, § 228, § 229, § 230, § 231, § 232, § 233, § 234, § 235, § 236, § 237, § 238, § 239, § 240, § 241, § 242, § 243, § 244, § 245, § 246, § 247, § 248, § 249, § 250, § 251, § 252, § 253, § 254, § 255, § 256, § 257, § 258, § 259, § 260, § 261, § 262, § 263, § 264, § 265, § 266, § 267, § 268, § 269, § 270, § 271, § 272, § 273, § 274, § 275, § 276, § 277, § 278, § 279, § 280, § 281, § 282, § 283, § 284, § 285, § 286, § 287, § 288, § 289, § 290, § 291, § 292, § 293, § 294, § 295, § 296, § 297, § 298, § 299, § 300, § 301, § 302, § 303, § 304, § 305, § 306, § 307, § 308, § 309, § 310, § 311, § 312, § 313, § 314, § 315, § 316, § 317, § 318, § 319, § 320, § 321, § 322, § 323, § 324, § 325, § 326, § 327, § 328, § 329, § 330, § 331, § 332, § 333, § 334, § 335, § 336, § 337, § 338, § 339, § 340, § 341, § 342, § 343, § 344, § 345, § 346, § 347, § 348, § 349, § 350, § 351, § 352, § 353, § 354, § 355, § 356, § 357, § 358, § 359, § 360, § 361, § 362, § 363, § 364, § 365, § 366, § 367, § 368, § 369, § 370, § 371, § 372, § 373, § 374, § 375, § 376, § 377, § 378, § 379, § 380, § 381, § 382, § 383, § 384, § 385, § 386, § 387, § 388, § 389, § 390, § 391, § 392, § 393, § 394, § 395, § 396, § 397, § 398, § 399, § 400, § 401, § 402, § 403, § 404, § 405, § 406, § 407, § 408, § 409, § 410, § 411, § 412, § 413, § 414, § 415, § 416, § 417, § 418, § 419, § 420, § 421, § 422, § 423, § 424, § 425, § 426, § 427, § 428, § 429, § 430, § 431, § 432, § 433, § 434, § 435, § 436, § 437, § 438, § 439, § 440, § 441, § 442, § 443, § 444, § 445, § 446, § 447, § 448, § 449, § 450, § 451, § 452, § 453, § 454, § 455, § 456, § 457, § 458, § 459, § 460, § 461, § 462, § 463, § 464, § 465, § 466, § 467, § 468, § 469, § 470, § 471, § 472, § 473, § 474, § 475, § 476, § 477, § 478, § 479, § 480, § 481, § 482, § 483, § 484, § 485, § 486, § 487, § 488, § 489, § 490, § 491, § 492, § 493, § 494, § 495, § 496, § 497, § 498, § 499, § 500, § 501, § 502, § 503, § 504, § 505, § 506, § 507, § 508, § 509, § 510, § 511, § 512, § 513, § 514, § 515, § 516, § 517, § 518, § 519, § 520, § 521, § 522, § 523, § 524, § 525, § 526, § 527, § 528, § 529, § 530, § 531, § 532, § 533, § 534, § 535, § 536, § 537, § 538, § 539, § 540, § 541, § 542, § 543, § 544, § 545, § 546, § 547, § 548, § 549, § 550, § 551, § 552, § 553, § 554, § 555, § 556, § 557, § 558, § 559, § 560, § 561, § 562, § 563, § 564, § 565, § 566, § 567, § 568, § 569, § 570, § 571, § 572, § 573, § 574, § 575, § 576, § 577, § 578, § 579, § 580, § 581, § 582, § 583, § 584, § 585, § 586, § 587, § 588, § 589, § 590, § 591, § 592, § 593, § 594, § 595, § 596, § 597, § 598, § 599, § 600, § 601, § 602, § 603, § 604, § 605, § 606, § 607, § 608, § 609, § 610, § 611, § 612, § 613, § 614, § 615, § 616, § 617, § 618, § 619, § 620, § 621, § 622, § 623, § 624, § 625, § 626, § 627, § 628, § 629, § 630, § 631, § 632, § 633, § 634, § 635, § 636, § 637, § 638, § 639, § 640, § 641, § 642, § 643, § 644, § 645, § 646, § 647, § 648, § 649, § 650, § 651, § 652, § 653, § 654, § 655, § 656, § 657, § 658, § 659, § 660, § 661, § 662, § 663, § 664, § 665, § 666, § 667, § 668, § 669, § 670, § 671, § 672, § 673, § 674, § 675, § 676, § 677, § 678, § 679, § 680, § 681, § 682, § 683, § 684, § 685, § 686, § 687, § 688, § 689, § 690, § 691, § 692, § 693, § 694, § 695, § 696, § 697, § 698, § 699, § 700, § 701, § 702, § 703, § 704, § 705, § 706, § 707, § 708, § 709, § 710, § 711, § 712, § 713, § 714, § 715, § 716, § 717, § 718, § 719, § 720, § 721, § 722, § 723, § 724, § 725, § 726, § 727, § 728, § 729, § 730, § 731, § 732, § 733, § 734, § 735, § 736, § 737, § 738, § 739, § 740, § 741, § 742, § 743, § 744, § 745, § 746, § 747, § 748, § 749, § 750, § 751, § 752, § 753, § 754, § 755, § 756, § 757, § 758, § 759, § 760, § 761, § 762, § 763, § 764, § 765, § 766, § 767, § 768, § 769, § 770, § 771, § 772, § 773, § 774, § 775, § 776, § 777, § 778, § 779, § 780, § 781, § 782, § 783, § 784, § 785, § 786, § 787, § 788, § 789, § 790, § 791, § 792, § 793, § 794, § 795, § 796, § 797, § 798, § 799, § 800, § 801, § 802, § 803, § 804, § 805, § 806, § 807, § 808, § 809, § 810, § 811, § 812, § 813, § 814, § 815, § 816, § 817, § 818, § 819, § 820, § 821, § 822, § 823, § 824, § 825, § 826, § 827, § 828, § 829, § 830, § 831, § 832, § 833, § 834, § 835, § 836, § 837, § 838, § 839, § 840, § 841, § 842, § 843, § 844, § 845, § 846, § 847, § 848, § 849, § 850, § 851, § 852, § 853, § 854, § 855, § 856, § 857, § 858, § 859, § 860, § 861, § 862, § 863, § 864, § 865, § 866, § 867, § 868, § 869, § 870, § 871, § 872, § 873, § 874, § 875, § 876, § 877, § 878, § 879, § 880, § 881, § 882, § 883, § 884, § 885, § 886, § 887, § 888, § 889, § 890, § 891, § 892, § 893, § 894, § 895, § 896, § 897, § 898, § 899, § 900, § 901, § 902, § 903, § 904, § 905, § 906, § 907, § 908, § 909, § 910, § 911, § 912, § 913, § 914, § 915, §